


38 C A P U T . X X I I .

semper aliquo usq; lădere facultates ventri-  
culi, usq; dum detrimentum fiat sensibile.

Sed nugatum satis. Quare totum ita con-  
cludo. Quia Melancholia non influit in ven-  
triculum, neq; si influeret, esset ullus ejus u-  
sus: stat illud etiam, Melancholiam purgari  
rectâ per anum.



*Demorbis Lienis.*

123 C A P . X X I I I .

**E**xpliCatâ Lienis œconomiâ naturali: con-  
sequens est, ut aliquid addatur de morbis,  
qui accidunt, postquam œconomia illa vitia-  
ta est, idq; autoritate Aristotelis.

Cum enim quæ coctio heic sit, & secretio,  
sit, ut Bonamicus loquitur, præcipua: illâ nō  
ritè administratâ, non potest non cum corpo-  
ris detimento fieri. Quare Aristoteles, pro-  
posito Lienis officio, subjungit: *αὕτη τὸ τέλος  
των αὐτοῖς οὐδὲ γόθεν οὐδὲ λίγην νοσεῖσθαι  
γίνεται* (sub. *σώματα*) *ταῦτα τρέπεται*.

Quod ita intelligo cum Bonamico: Dux  
sunt causæ, ob quas lien, & propter lienem  
totum corpus, malè habet. Altera. Si victus  
omnis ad excrementi Melancholici genera-  
tionem spectet, ut lien, quantumvis benè se  
habeat non possit, satis esse illi confiendō.  
*Alte-*